

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XXIX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

artificio alienatis & disjunctis hominum animis, aliorum fama, vitæ & bonis infidiæ struuntur, vt Christus ipse, & pleriq; Prophetæ & Apostoli, & multi honesti viri apud Ethnicos, Palamedes, Socrates, Themistocles, Miltiades, &c. per calumniam oppressi, & vel interfecti, vel in exilium acti sunt. Et apud Platonem inquit Socrates: Η τῶν πολλῶν διαβολή καὶ φθόνος πολλὰς δὴ ἀλλὰς καὶ ἀγαθὰς ἀνδράσιν ἔρηκε, οἷμαί δὲ καὶ αἰρήσαν· ἔδεν ἢ δεινὸν μὴ εἶναι μοι εἴη. *Lingua virulenta diruit vrbes munitas, &c.* vt Græci dicunt: γλώσσα ποὶ πόρον; πάλιν καταπέφυσσα καὶ πάλιν ἀνορθώσασσα. *Lingua quò vadis? vrbem euerfura, & vrhem feruatura.* Virtus opposita obtrectationi est *CANON*, quæ veritatem & iustitiam complectitur. Ac de obtrectationibus & calumnijs & vicinis mendaciorum speciebus plura in VIII. præcepti enarratione diximus.

Caput XXIX.

Qui mutuat proximo suo, hic facit opus misericordie,

Et qui opes habet, debet hoc præstare officium. Mutuatiónes.

Q *Mutua proximo tuo, cum indiguerit. Et tu quoq; debitor redde tempore constituto. Serua promissum, neq; agas dolo cum eo, Et inuenies omni tempore qui subueniunt tibi. Pleriq; putant id se casu inuenisse, quod mutuo accipiunt, Et offendunt eos qui ipsis mutuantur. Osculatur manum mutuantis, Et attemperans verecundè verba, submissè se gerit, vt pecuniam impetret proximi. Cum autem reddere debet, moram facit, Et incipit conqueri, difficilia esse tempora, Et etiam si suppetit facultas, tamen vix dimidium reddit, Et creditori ducit sic lucrum accessisse. Sin autem non est soluendo, illum mutuantem grauitè defraudat, hic deinde suis nummis emit inimicum sibi, conuitia, execrationes Et verba contumeliosa pro pecunia scilicet dantur. Ideò pleriq; inuiti mutuant alijs, non malo animo, sed metuent, ne iacturam pecunie sue faciant.*

Sed tamen succurre proximo tuo in necessitate, Et insuper superadde Eleemosynen hanc, vt diem illi des. Subueni inopi, propter mandatum Dei, et in necessitate ne dimittas eum vacuum. Beneficentia.

Libenter facito iacturam pecunie tue, propter fratrem Et proximum tuum, et ne defodias sub lapide, vbi tamen perit. Congrega tibi thesaurum, secundum mandatum altissimi, hic melior erit tibi quouis auro. Eleemosynen tuam suo sepone loco, hoc liberabit te à calamitatibus. Et pugnabit pro te contra

D d d 4

inimi-

Fideiussio-
nes.

inimicum tuum fortius quavis lancea aut scuto. Vir bonus fideiubet pro proximo suo: At homo impudens, patitur fideiussorem excuti & luere. Noli obliuisci beneficium fideiussoris, nam seipsum obligauit pro te. Impius fideiussorem suum damno afficit, & homo ingratus, redemptorem suum patitur plecti. Fideiussio pro alijs, multos diuites euertit, sursum deorsumq; vexauit, ut fluctus maris. Magnos homines egit in exilium, ut cogerentur errabundi vagari in terris alienis. Impius si fideiusserit, & artificijs callidis conatur elabi, hic pœnam non euadet. Eripe proximum tuum quantum potes, & prospice tamen tibi, ne ipse damnum patiaris. Satis est ad banc vitam, si quis habet aquam & panem, vestimentum & domum, quibus tegit necessitatem suam. Melior est victus mediocri sub tecto proprio, consuto asseribus, quam splendida mensa inter alienos. Contentus esto, siue multum habeas, siue parum. Nam turpissimum est de domo obambulare in domum. Et ubi quis peregrinus est, non audet aperire os suum. Cogitur ferre quosuis, & etiam ingratos ad communia pocula, cogitur audire verba amara. Hospes (inquiunt) vade, para mensam, ut tecum edam, quicquid habes. Item migra è domo mea, nactus sum hospitem honestiorem, cogor uti domo mea, nam frater meus cohabitabit mihi. Hac molestissima sunt viro prudenti, quod propter diuersorium cogitur deuorare verba eiusmodi, & quod exprobrant ei omnes, qui mutuum dant illi.

AVTAR-
CIA.

ce tamen tibi, ne ipse damnum patiaris. Satis est ad banc vitam, si quis habet aquam & panem, vestimentum & domum, quibus tegit necessitatem suam. Melior est victus mediocri sub tecto proprio, consuto asseribus, quam splendida mensa inter alienos. Contentus esto, siue multum habeas, siue parum. Nam turpissimum est de domo obambulare in domum. Et ubi quis peregrinus est, non audet aperire os suum. Cogitur ferre quosuis, & etiam ingratos ad communia pocula, cogitur audire verba amara. Hospes (inquiunt) vade, para mensam, ut tecum edam, quicquid habes. Item migra è domo mea, nactus sum hospitem honestiorem, cogor uti domo mea, nam frater meus cohabitabit mihi. Hac molestissima sunt viro prudenti, quod propter diuersorium cogitur deuorare verba eiusmodi, & quod exprobrant ei omnes, qui mutuum dant illi.

AD septimum præceptum pertinet: & de BENEFICENTIA, cuius pars est mutuatio necessaria & fide iussio: & de AVTARKEIA, quæ necessario victu & amictu contenta est, præcipit. Est autem mutatio, contractus, in quo pecunia vel alia res, numero, pondere vel mensura constans, gratis ad alium transfertur, non modò quò ad vsum, sed etiam quò ad dominium, illo tamen accipiente obligato ad reddendum idem in genere seu æquiualens. Sedes materiæ de rebus creditis est lex Mutuum, & sequentes, ff. Si certum petatur conditione. Recitauimus autem de vitandis mutationibus & fideiussionibus temerarijs admonitionem supra cap. 8. sentent. 8. Et de beneficentia & Eleemosynis in VII. præcepto prolixius dicitur. *Mutuum petens osculatur manum mutuantis, &c. Hic vere suis nummis emit inimicum sibi. πέν τι λαβόν τίσσον, ἀτὰρ συγέσσι λαβόντες.* Dum poscunt laudant: odio sectantur adepti. *Eleemosynam tuam suo loco sepon.* Idem præceptum extat in Moyse & 2. Corinth. 9. Germani dicunt patrisfamilias pecuniam in tres vsus segregatam esse oportere. *Ein Decryfennig / Ein*

Ein

Chyf

Ein Schypfenning/ Ein Nothypfenning. Bonus Scruatius facit bonum Bonifacium. *Satis ad hanc vitam si quis habet victum & amictum.* Plutarchus: *εὐδαιμόνητα τοῖς ἀναγκαίοις πρὸς τὸν βίον, ὅσα αὐτῷ ἦν ἡδύτατα, ὡς μήτε χελιδόνες, μήτε μύρμικας δακέζονται,* &c. Si contenti essemus necessarijs ad vitam, nulli planè foeneratores essent: sicut nec hirundines nec formicæ foenerantur. Horatius: *Crescentem sequitur cura pecuniam, Maiorumq; fames. multa petentibus Desunt multa, bene est cui Deus obtulit Parca, quod satis est, manu.* *Turpissimum est de domo obambulare in domum.* *πλάγκτος ὡς ὄρα ἐν κακώτερον ἄλλο βροτοῖσιν.* Exilio peius nil est mortalibus ægris,

Caput XXX.

Qui diligit puerum suum, hic sub ferula tenet eum, ut postea gaudium habeat ex illo. *Qui padagogia in disciplina coercet puerum suum, hic latabitur, neque pudefiet apud notos & amicos suos.* *Si quis rectè educat puerum suum, hoc dolet inimicis, & magnum gaudium adfert amicis.* *Cum moritur pater eius, perinde est, atq; si non esset mortuus.* *Nam sui similem post se relinquit.* *Cum viveret, in puero hoc iucunditatem habebat & gaudium, cum moriebatur, non erat quod cura torqueretur.* *Nam post se reliquit munitionem aduersus inimicos suos, & qui vicissim amicis possit inservire.* *Qui indulgens est filio suo, deplorabit vices eius, & perterretur quoties illacrymat.* *Puer qui non castigatur, postea ferocit, sicut equus indomitus.* *Si delicatè foues filium tuum, postea metuere cogaris eum.* *Lusita cum illo, & postea contristabit te.* *Noli ludere cum filio tuo, ne postea cogaris tristiari, & tandem dentibus infrendere.* *Noli indulgenter tractare eum in atate tenera, neq; excuses stultiam eius.* *Inspecte ceruicem eius, cum est adolescens, & dorsum eius verbera, cum paruulus est, ne praefractus & inobediens fiat.* *Educatu filium tuum, neq; sinas eum obtorpescere ocio, ne pudefias in ipso.*

Educatio puerorum.

Melius est esse pauperem, & incolumi ac sano corpore, quam diuitem & valetudinarium. *Sanum & vegetum esse preciosius est auro.* *Corpus sanum est preciosius quibusuis opibus.* *Nulle opes conferri possunt ad corpus sanum.* *Neque illa gaudia ad veram letitiam cordis.* *Tolerabilior est mors ipsa*

Sanitas corporis antefenda diuitijs.

ipsa